*lib. 6. de reb. Hisp. c.* 3. Zamal. *in compend. hist. Hisp. lib.* 25. *cap.* 25. & Jacob. Bled. *in histor. Mauror. lib.* 1. *cap.* 12. *pag.* 36.

81 Undè respondendum est. † Sisebuti actionem tamquam injustam, & Ecclesiæ disciplinæ contrariam, Concilium Tolet. IV. *Can.* 56. relatum, *in dict. cap. majores, & dict. capit. de Judæis* 45. *distinct.* pro parte rescidisse, decernens, ut qui jam sacro lavacro tincti essent, cogerentur ad servandam Fidem, quam acceperant, sed ne posterius Judæi ad baptismum compellerentur. Cui
82 Concilio, † eumdem Sisebutum assensisse, tradit Roder. Sanctus Episcopus Palentinus *in ejus vita*, eo quod cerneret, multos ex Judæis, à se per vim compulsos, recidivisse, & Judaizasse. Sed mihi hoc falsum videtur, quoniam Concilium, *ut ex ejus initio apparet*, anno 111. Regni Sisenandi. Era 681. celebratum fuit circa Pontificatum Honorii I. atque adeò Sisebuti religiosissimi Principis tempora, tamquam jam longè præterita, nominat.

83 Joannes etiam † Mariana ubi suprà, & ante eum Episcop. Tudens. Tarapha, & alii rerum Hispaniarum Auctores, coactionem illam succensent, quod in Christianorom moribus nefas est, quemquam malo cogi ad professionem veræ pie-
84 tatis. Neque † tunc quoque Sisebutus factum illud temerè usurpatum, prudentioribus illius seculi viris probavit, & præsertim D. Isidoro, qui *in histor. Gotthor. pag.* 161. sic scriptum reliquit: *Æra Dei anno Imp. Heraclii II. Sisebutus Christianissimus post Gundemarum ad Regale fastigium evocatur. Reg. nat. ann. VIII. menses VI. qui initio Regni Judæos ad Fidem Christianam permovens æmulationem quidem habuit, sed non secundum scientiam, potestate enim compulit, quos provocare Fidei ratione oportuit.*

85 Idem † quoque in terminis nostræ quæstionis tradunt communiter Theologi omnes, & præcipuè Cajet. post D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. dicentes, factum illud Sisebuti, & Dagoberti, ferventioris quidem fidei, & animi, quam justitiæ exemplum præstare posse, & zelum ejus, bonamque intentionem in dicto Concilio laudari, factum autem non laudari. Quod etiam probat, & sequitur Gregor. de Valent. *dict. tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 6. *col.* 410. Just. Lips. *in lib. de una Relig. sive adversus Dialogist. vers. Divinum illud*, & Madera *in Monarch. Hispan. capit.* 6. *fol.* 41.

86 Expulsio † autem Judæorum, & Maurorum à Ferdinando, & Elisabetha Catholicis, Hispaniæ Regibus facta, longè minorem, aut planè nullam difficultatem habet, cum in subditis infidelibus; & ex rationibus suprà relatis processerit. Et ne in Regnis adeò Catholicis, alia Religio, quàm una fides, & unum baptisma haberetur,
87 aut ex † fæce, & sentina eorum, aliqua labe Christiani macularentur. Quod semper summo studio curandum & vitandum esse jura testantur, *c. omnes, c. sæpè, & c. nullus, cum aliis* 28. *q.* 1. *c. etsi Judæos* 13. ibi: *Mas in pera*, de Judæis. Nam, ut inquit Ovid. *lib.* 2. *de remed. amor.*

88 *Dum † spectant oculi læsos, læduntur & ipsi.*
*Multaque corporibus transitione nocent.*

89 Et Senec. *ad Lucill. † epist.* 82. *Salutare est, non conversari dissimilibus.*

Quibus alia addit (de eisdem expulsionibus agens) Camill. Borell. *de præstant. Reg. Cathol. cap.* 69. *ex num.* 21. & in addition. ad Bellug. *rub.* 11. *in prin. liter. C.* & relati à Cenedo *dict. collectan.* 15. *n.* 1. & Mader. *dict. c.* 6. *fol.* 45.

Neque in hoc facto † vis simpliciter infideli- 90
bus inferri videtur, sed libera optio datur, ut vel Christianorum provincias deserant intra certum tempus vel Christiani fiant. Quod sanè non esse prohibitum constat *ex d. cap. majores, vers. Item quæritur*, & alios infideles non subditos (quales erant Indi, de quibus tractamus) tam ex disparitate rationis quam ex causæ, & potestatis defectu, applicari non potest, ut in specie nostræ quæstionis ad prædicti argumenti solutionem benè considerant Dom. Bañez *in* 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 10. *col.* 525. *vers. Ad secundum respondetur*, Arag. *ibidem artic.* 8. *pag.* 290. *vers. Ad aliud de Regibus*, Gregor. de Valent. *ubi suprà, vers. Ferdinandus*, Azor. *dict. lib.* 8. *institut. c.* 26. *vers. Quartò quæritur*, Torr. *de Fide, disp.* 51. *dub.* 1. & novissimè Suar. *in eod. tract. d. sect.* 3. *num.* 5. & plures alii, quos refert Petr. Cened. *in d. collectan.* 15. *ad Decretal. num.* 2.

Estque adeò potens prædicta † status, & re- 91
ligionis tuendæ ratio, ut non solùm Judæos, & infideles subditos non baptizatos expellere liceat, verùm etiam baptizatos, si de illorum moribus, perfidia, aut proditione, aliqua incommoda, vel pericula Christianis imminèant † ut Pio 92
pariter ac Magnanimo, & omnibus seculis admirando exemplo nobis ostendit Catholicus, & ardens Fidei zelus amantissimi, & desideratissimi Regis nostri Philippi III. qui prædictis rationibus motus, & re (ut oportebat) maturè consulta, ac perpensa, *anno* 1610. ex tota Hispania, quamvis summâ hominum inopiâ laborante, exire, & in perpetuum exulare jussit spurcas, & numquam satis quietas, vel à suis erroribus defæcatas Maurorum reliquias, licèt omnes jam baptismali inundatione lustratas, quarum † nu- 93
merus ad quingenta, vel sexcenta, sive (ut alii tradunt) ad novies centena millia pervenisse narratur, ut constat ex peculiaribus commentariis, quos de historia, justitia, & laudibus hujus expulsionis scripserunt Fr. Jacob. Bleda, Marc. Guadalajara, & Petr. Aznar. & ex Mercurio Gallo *in hist. sui temporis, tom.* 2. Philip. Paschali *in tract. de virib. patr. potest.* 1. *part. cap.* 7. *n.* 25. qui edita Regia in hanc rem prolata ad literam referunt, Fr. Thom. à Jesu *de procur. omn. gent. salut. lib.* 10. *in præfatione, pag.* 643. ubi discrimen in quo Hispania versabatur ob has reliquias Arabum narrat Jacob. Gordon. *in sua Chronolog. ann.* 1610. *pag.* 494. Magist. Marq. *in Gubernat. Christ. lib.* 1. *capit.* 3. *pag.* 16. Calist. Remir. *de lege Regia*, §. 32. *n.* 12. & 13. Bernard. Aldret. *de antiquit. Hispan. lib.* 4. *cap.* 18. *pag.* 570. D. Didac. Guzman *in lib. de vita, & exitu Margaritæ Reginæ Cathol.* 2. *part. cap.* 20. Salaz. de Mend. *de orig. dignit. Hispan. lib.* 4. *cap. ult.* §. 6. *fol.* 183. & novissim. Dom. Mart. Carrilllo *in suis elaboratissimis annalib. Chronol. anno* 1610. *fol.* 419. Fr. Joan. de Salaz. *in politica Hispana, proposit.* 2. §. 2. *pag.* 32. eruditissimus omnique laude ob prudentiam, & morum suavitatem dignissimus D. Petr. Fernand. Navar-



rrete Regum nostrorum Secretarius *in suis Politicis*, & eximiè *politicis Discursib. de conserv. Monarchiarum, cap.*7.

94 Unde † recenti hoc exemplo admoneri possumus, quantum damni nobis à consortio Judæorum, vel Saracenorum immineat, licèt fidem nostram profiteri videantur, & aprè hic
95 acommodari possunt carmina Ulrichi ab Huttende † quodam Pepecorno Judæo, qui postquam baptismum accepit, in omne flagitiorum genus portentosè prorupit, quæ refert Simon Majol. *in colloq. de perfid. Judæor. pag.* 30. & inter alia sic habent:

*Merserat indignum Christi baptismate corpus,*
*Dissimulato errore patrum. Ne tingite cives,*
*Si tinxisse nocet, ac nostro adscite periclo,*
*Stirpis in humanæ sobolem, sinite esse sepultam.*
*Note sua, diramque iterum ne admittite gentem*
*In patrios ritus: Poterit sejuncta caveri,*
*Quæ conjuncta nequit.*

## CAPUT XX.

*De octavo titulo, qui ex obligatione deducitur, qua Indi, & reliqui infideles ad Fidem audiendam, & Prædicatores tuto hospitio excipiendos, tenentur, & ad concedendum liberum transitum in alias provincias, in quibus Evangelium annuntiare voluerint. Et an, & quatenus contra eos, qui hæc negant, vel impediunt, justè pugnetur.*

### SUMMARIUM.

1 *Infideles quamvis cogi non possint ad Fidem recipiendam, cogi tamen possunt ad eam audiendam, & ejus prædicationem, & propagationem non impediendam.*
2 *Judæis in provinciis Christianorum habitantibus, licitè mandari potest, ut Prædicatores Fidei admittant, & audiant.*
3 *Auctores plurimi referuntur, qui bellum permittunt contra Indos, & alios infideles, Prædicatores recipere, & Fidem audire nolentes, & maximè ubi eam impediunt.*
4 *Ecclesia jus habet ubique prædicandi, & impedientes removendi, & puniendi.*
5 *Constitutiones Nicol. III. & Gregor. XIII. expenduntur, quæ certis diebus, Judæos ad Fidei prædicationem audiendam, convenire præcipiunt.*
6 Cap. Episcopus nullum, de consecrat. distinct. 1. *illustratur.*
7 *Concilium Basiliense quid statuit circa Judæos cogendos ad audiendam prædicationem Fidei.*
8 *Concilium Basiliense an fuerit approbatum.*
9 *Prædicandi per totum Orbem præceptum, quod Ecclesiæ Christus injunxit, inutile esset, si non posset ad audiendum Evangelium infideles compellere.*
10 *Fidei doctrina sine auditu esse non potest ex D. Paul.* ad Rom. 10.
11 *Fidem definiunt B. Basil. & Clem. Alexand. ut sit assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur.*
12 *Doctrina Dei, Verbum Divinum, Evangelium appellatur, quia ex annuntiatione, & auditione dependet.*
13 *Consequens qui vult, vult & antecedens.*
*Correlativorum uno concesso, alterum concedi necesse est*, ibidem.
14 *Confessionis peccatorum præceptum ex eo colligit Ecclesia, quod Christus potestatem ea remittendi Apostolis dedit.*
15 *Fidei prædicationem qui audire nolunt, ei resistere videntur.*
16 *Infideles ad Fidem audiendam compelli posse negat Soltus, Valentia, & alii, ex eo quòd ad illam recipiendam compelli non possunt.*
17 *Apostoli ex præcepto Domini*, Luc. 3. & Matth. 10. *solùm sponte audire volentibus Fidem annuntiasse videntur.*
18 *Fidem audire qui cogitur, non ob hoc ad eam credendam, & recipiendam compellitur.*
19 *Ecclesia sicut potest cogere infideles sibi subditos ad audiendam Fidem, ita & non subditos.*
20 *Apostolorum tempore Ecclesia in multis suo jure non utebatur.*
21 *Matth. verba* cap.10. Neque audierit sermones vestros, *qualiter exponantur.*
22 *Apostoli pulverem excutiendo de pedibus, ubi ab aliqua rebelli civitate exibant eam anathematizabant.*
23 *Pulveris pedum jactatio adversus aliquam civitatem erant signum bellum indicentis, & ejus eversionem minantis.*
24 *Prædicatores sunt legati Christi Domini ex Div.Paul.* 2. Corinth.5. & ad Ephes. 6.
25 *Legatos etiam ab hostibus missos audire, & benevolè tractare omnes gentes naturali jure tenentur.*
26 *Legati cur Sancti dicerentur.*
27 Lex vult. D. de legation. & lex sanctum 7. de rerum divis. *explicantur.*
28 *Dionysii Chrisost. elegantia verba circa immunitatem legatorum expenduntur.*
29 *David ob derisos legatos intulit bellum Ammonitis.*
30 *Legatis injuria facta, censetur fieri Principibus, à quibus mittuntur.*
31 *Ecclesia jus habet tuendi, & defendendi suos Prædicatores.*
32 *Indi nulla ignorantia excusari possunt, si Prædicatores, & legatos ad se pacificè missos interficiant,*
33 *Schedulæ plures citantur, & expenduntur, quæ Indorum debellationem permittunt, si Prædicatores non recipiant, aut aliis modis malitiosè Fidei propagationem impediant.*
34 *Commercia innoxia qui negant, jure gentium inspecto, puniri possunt.*
35 *Litorum appulsum, & suarum provinciarum hospitium qui peregrinis injustè denegant, injuriarum tenentur, & contra omnes leges humanitatis peccare censentur.*
36 Lex injuriarum, §. si quis, ff. de injuriis, & §. litorum, instit. de rerum divis. *cum similibus illustratur.*
37 *Cicero. Ovid. Virgil. & Paul. Orosii elegantissimæ loca expenduntur, litorum commune refugium, & hospitalitatis officium juri naturali tribuentia.*
38 *Hospitalitatis, & promiscui comercii usus sæpè in sacra Pagina commendatur.*
39 *Loth, & Abraham, quia hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt*, ex D. Paul.13. ad Hebr. 2.
40 Cap offerabatur 32. quæst.7. *exponitur.*
41 *Hospitalitatis virtutem diffinit, & commendat Clemens Alexandrin.*
42 *Sara Angelis paravit panes subcineritios, & Cleobuli filia paternorum hospitum pedes lavit.*
43 *Romani erant valdè hospitales, & qualiter Jovem Xenium, sive Hospitalem colerent.*
44 *Hospitalitatis & commerciorum utilitatem, & necessitatem plures Auctores tractant, qui referuntur.*
45 *Hispani semper fuerunt Hospitibus perhumani.*
46 *Commerciorum, & hospitalitatis usus summopere conducit ad Fidem propagandam.*
47 *Hospites olim simul & Doctores erant*, ex Luciano, & aliis.
48 *Abraham, dum fuit hospes in Ægypto, viros, & Sara fœminas in lege Dei instituit.*
49 *Sinæ non admittunt exterorum commercia, ideò Fides apud eos difficilè propagatur.*
50 *Nationes aliquæ remissivè referuntur, quæ hospites, & peregrinos admittere prohibent.*

51 *Lacedæmonii, Derinoxeni, quasi fallentes hospites, dicebantur.*

52 *Commercia cum Indis infidelibus, bona fide, & secundùm juris naturalis principia instituì, qualiter Reges nostri curarint.*

53 *Schedula, sive epistola elegans Caroli V. refertur, & illustratur, commercia cum Indis, & hospitalitatis jura requirens.*

54 *Commercia, ut inter homines diversarum nationum essent, Deus non omnia ubique nasci permissit*: ex D.Chrysostomo.

55 *P. Lud. Molinæ opinio notatur, qui indistinctè, nullam Rempublicam teneri peregrinos recipere docet.*

56 *Homo ille verè dicitur esse humanus, qui alios hospitio excipit* ex Divo Augustino.

57 *Infideles, si fidelibus transitum negent ad alias provincias, in quibus prædicare velint, licitè possunt debellari.*

58 *Moyses bella gessit contra Amorrhæos ob denegationem transitûs ad terram Promissionis*, secundùm D. August. & alios.

59 Cap. ultim. 23. q. 2. *exornatur.*

60 *Judas Machab. urbem Efren debellavit, quia transitum sibi dare nolebat*, Machab. 1. 5.

61 *Ammonitis, & Moabitis templo Domini interdictum fuit, quia Dei populum fatigatum itinere non foverunt.*

62 *Ecclesia potest licitè bellum indicere contra eos, qui ei transitum impedierint ad recuperationem Terræ Sanctæ.*

63 *Navarræ Regnum, tàm aliis cautis, tùm ratione transitus denegati, justè à Ferdinando Rege Catholico captum fuit.*

64 *Genebrardus & Bodin. notantur, dum obtentionem Regni Navarræ temerè calumniantur.*

65 *Anton. Mornacius circa obtentionem, & retentionem Regni Navarræ multa contra historiæ fidem commentus est.*

66 *Doct. Navarrus testatur se numquam scripsisse contra justitiam obtentionis Regni Navarræ.*

67 *Regnum Navarræ restitui numquam Reges nostri suis testamentis jusserunt*, ut perperam Mornacius affirmat.

68 *Galliæ Reges ad Navarræ Regnum semper aspirant.*

69 *Excellent. Dom. D. Petr. à Toleto Villæ Francæ Marchio laudatur: & magnanimum ejus factum, & dictum coram Rege Galliæ super Navarræ obtentione, & defensione refertur.*

70 *Job locus* cap. 15. vers. 19. *explicatur.*

71 Cap. 1. 1. distinct. *explicatur, Et* num. 75.

72 *Transitus per alienas provincias, ubi necessarius, & innoxius est, nullo jure negari potest.*

73 *Hostes, antiqui, omnes alienos, & peregrinos homines appellabant, & reputabant.*

74 Transire *verbum hostiles grassationes aliquando significat.*

75 *D. Isidorus divina lege tribuere videtur innoxii transitus concessionem.*

76 *Fas est lex divina.*

77 *Virgilius* 1. Æneid. *exponitur.*

78 *Lex divina nulla hominum conditione, aut consuetudine abrogari potest.*

79 *Jus naturale non mutatur, nec commune esse desinit, etiam si alienæ gentes barbaræ ejus transgressores non puniant.*

80 *Lacedæmonitis furta impunita erant, sed non ideo furtum desinit esse contra jus naturale omnium gentium.*

81 *Fidem qui impediunt, blasphemant, aut deludunt, absque dubio puniri, & debellari possunt.*

82 Lex 1. 2. & aliæ, C. de Paganis, explicantur, Et num. 88.

83 *Gregor. XIII. constitutio expenditur, quæ casus enumerat, in quibus Judæi, & alii infideles per quæsitores Fidei puniri possunt.*

84 *Judæi plura detestanda exempla in odium & blasphemiam Christi, & Christianorum ubique ediderunt.*

85 *Infanter in ludibrium Passionis Christi sæpè Judæi crucifixerunt, & de illo oppidi* de la Guarda, *& altero urbis Cæsaraugustanæ,*

86 *Judæi cujusdam Vitriarii notabilis historia refertur, filium suum in furnum immittentis, quia cum Christianis agebat.*

87 *Infidelium, maximè Indorum, templa, & idola, an & quando liceat Christianis Prædicatoribus, qui inter eos ambulant, destruere, & demoliri*, Et num. 92.

88 *Sancti Patres non solùm laudarunt, sed suaserunt leges Imperator. de templis idola, & infideles expelli jubentes.*

89 *Concilii Illiberit. & Carthaginens. Canones referuntur de tollendis, & diruendis templis, & idolis Paganorum.*

90 Circumcelliones *vocat August. eos, qui passim infidelium idola frangunt.*

91 *Concilii Illiberit. locus expenditur, ubi martyrii palmam ei denegat, qui occiditur propter subversionem idolorum.*

93 *Religio vera ut plantetur inter Indos, multum expedit eis priùs idola tollere.*

94 *D. August. & Concilii Illiberitani loca quæ idola confringi prohibent, qualiter explicari debeant.*

95 *Apostoli, & alii Sancti solo verbo, flatu, aut Crucis signo idola etiam æreа confringebant.*

96 *D. Joannes Evangelista templum Dianæ Ephesinæ sola oratione destruxit.*

97 *S. Procopii, Felicis, & aliorum plurium insignia miracula in subvertendis idolis infidelium referuntur.*

98 *Joannes Boter. ob licentiam militum in destruendis idolis Indorum, eosdem Indos facilius ad nostram Religionem adductos tradit, & quare.*

VErum autem verò, licèt hæc, quæ ita lato sermone in superioribus disputabimus admitti quidem possint, aut debeant, cùm de vi, & coactione disseritur, quæ mediatè, vel immediatè infidelibus irrogatur, ut Fidem, & Baptismum suscipiant, ubi † tamen coactio ad hoc 1
non dirigitur, sed eò tantùm tendit, ut infideles ipsam Fidem, sibi à Catholicis Prædicatoribus annuntiandam, & proponendam, quietis & attentis animis, atque auribus audiant & seriò de ea recipienda, vel respuenda deliberent, nostrosque, hoc tam utile & salutare commercium erga illos exercere volentes, tuto, & fido hospitio recipiant, vel liberum transitum ad alias provincias concedant, in quibus Evangelium annuntiare, & propagare desiderent. Frequentissima, & verissima est omnium ferè Theologorum, & Jurisperitorum opinio, quæ docet, talem coactionem licitam esse, aque adeò jure optimo posse his de causis infidelibus bellum inferri, qui protervè Fidem audire recusant, vel ejusmodi pias, & laudabiles expeditiones impediunt, dum tamen priùs quàm ad illud deveniatur, omnia alia media tententur, quæ ad munus Apostolorum Apostolicè, & pacificè obeundum conducere potuerint, & in ejusdem belli illatione inculpatæ tutelæ moderamen servetur, eaque cautio adhibeatur, ne ulteriùs progrediatur supplicium, quàm reperiatur commissum, ut aliàs dicitur *in l.* 1. *C. unde vi, & in l. sancimus, C. de pœnis*, & in simili notavimus, & ornavimus *sup. hoc lib. c.* 16. *n.* 5. *&* 6.

Quam sententiam † de Judæis loquens, qui 2
in terris Romani Pontificis, aut aliorum Christianorum Principum degunt, apertè tradit Innocent. *in c. quod super, col. ult. vers. Item licèt de voto*, relatus à Bertachin. *in repertor. verb. infideles, fol.* 28. docens, quòd infideles, licèt non debeant cogi ad Fidem, tamen Papa potest eis mandare, quòd admittant Prædicatores Evangelii in ter-



tertis suæ jurisdictionis, & si eos nos admittant, peccant, & ideò puniri debent. Idemque, re ad utramque partem disputata, resolvit Borgnin. Cavalcan. *in decis.* 21. *n.* 13. *& seq.* 2. *p.* Joan. Azor. *tom.* 1. *inst. Moral. lib.* 8. *c.* 26. *vers. Tertiò quæritur*, & noviss. Philip. Pascal. *in tr. de virib. patr. potest* 1. *p. c.* 7. *n.* 17. Bañ. Torr. Suar. & alii in locis *infrà* relatis, & novissimè Ant. Ricciullus *in tr. de jur. person. extra Eccles. grem. exist. lib.* 2. *c.* 37. Et generaliter † in quibuslibet infidelibus, 3
etiam Principibus Christianis non subditis: & in specie ipsorum Indorum, de quibus sermonem habemus eamdem opinionem sequuntur Theologi omnes communiter potest Div. Thom. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. Joan. Major. *in* 2. *dist.* 44. *q.* 2. *&* 3. Albert. *in rub. de hæreticis lib.* 6. *q.* 8. Gines. Sepul. *in object.* 10. *cont. Episc. de Chiap.* Doctiss. Alfon. à Cast. *de justa hæret. punit. lib.* 2. *c.* 14. *vers. Prima igitur*, ubi asserit, quòd licèt infideles ad Dei veri cultum & sacri baptismatis susceptionem inviti compelli non possint: attamen si monitionem hanc recipere recusent, & maximè si prædicationem sancti Evangelii propulsent, erit justum bellum, quod contra eos motum fuerit.

Mag. Victoria *in relect.* 1. *de Indis, ex n.* 36. *& in relect.* 2. *ex n.* 1. *ad* 12. ubi ex divini præcepti auctoritate concludit, Indos, & quoslibet infideles ad Fidem audiendam teneri, ac proinde á peccato mortali non excusari, si rogati, & admoniti, ut audiant pacificè loquentes de rebus spectantibus ad Religionem ac de ea maturè deliberent, id facere nollent; quia tenentur, inquit, saltem audire & consultare, & si hoc impediant, & Hispanos inter se ad commercia, & prædicationem securè non admittant, neque aliter Religionis negotium procurari valeat, hic titulus justissimus est ad eos debellandos, & conquirendos, terrasque, ac provincias eorum occupandas, novos dominos creandos, & antiquos deponendos, & ad reliqua alia jura belli prosequenda, quæ in aliis bellis justis licitè fieri possent.

Gregor. Lop. *in l* 2. *t.* 23. *p.* 2. *colum.* 11. *&* 12. *& col.* 20. *vers.* 3. 4. *&* 8. *conclus.* & Hieron. Zevall. *in pract. comm. lib.* 4. *q. fin. n.* 172. *& seq.* & rursus, & melius *n.* 295. *& seq.* ubi verba Victor. sequentes, & transcribentes, justitiam ejusdem belli contra impedientes fidem audire & Christianos à suis provinciis removentes, enixè tuentur.

Eruditissimus D. Præses Covar. *in reg. peccatum* 2. *p.* §. 10. *n.* 13. *vers. Quarto licitum, &* §. 11. *n.* 5. *vers. Fateor planè*, ubi cum D. Th. & aliis Theologis docet, Christianos non posse, nec debere justè impediri in prædicatione Christianæ Fidei & quod si impediantur, eis fit injuria, ad quam propulsandam possunt justum bellum movere, vel quando infideles moniti ab idolorum vano cultu non abstinet, ubi is impedimentum affert Religioni Christianæ, & legis Evangelicæ prædicationi.

Dom. Soto *in* 4. *distinct.* 5. *q. unic. artic.* 1. *pag.* 267. *vers. Secunda conclusio, & in summario disputationis, sive Apologiæ Episcopi Chiapensis contra Sepul. pag.* 14. *&* 15. *Et in cons.* quod ann. 1550. dedit circa Indiarum conquisitionem, *vers. La Segunda cabeza*, Salmeron. *tom.* 12. *tr.* 38. *vers. Deinde, pag.* 323. Card. Bellar. *lib.* 5. *de Rom. Pontif. c.* 7. Becc. *in sum. tom.* 2. *c.* 13. *q.* 4. *n.* 12. *& seqq.* Fr. Anton. à Cordub. *in quæstionar. lib.* 1. *q.* 57. *dub.* 4. *vers. Tertia pars, & dub.* 6. *vers. Quartum dictum*, Gabr. de Valent. *tom.* 3. *disp.* 1. *q.* 10. *punct.* 6. *col.* 401. post Cajet. 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. Pat. Gabr. Vasq. *in* 1. 2. *q.* 76. *disp.* 120. *c.* 3. *& c.* 5. *in initio.* Petr. de Aragon. *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 8. *col.* 254. Tolet. *in sum. lib.* 4. *c.* 2. *num.* 2. Petr. Ledesm. *tom.* 2. *sum. tr.* 1. *c.* 5. Torre, *de Fide, art.* 8. *disp.* 51. *dub.* 2. Thom. Sanch. *in summ. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 4. & novissi Pat. Suar. *de Fide, disp.* 18. *sect.* 2. *n.* 8. & Seraph. Freitas *de justo Imp. Asiat. c.* 9. *n.* 6. *&* 7. ubi licèt infidelium debellationem non omninò probent, ob id tantum, quòd Fidem audire recusent; benè tamen admittunt, quòd si nobis prædicationem impedirent, aut alios volentes illam audire, & forsan Fidem suscipere, ad nos accedere prohiberent, nec sinerent prædicatores loqui Verbum Dei sine vi, ac fraude volentibus audire; jure possemus eorum violentiam etiam armis propulsare, & bello, si opus esset, illato, acriter coërcere, quia omninò † semper manet jus integrum Ecclesiæ ad prædicandum in quolibet regno, & ad defendendum 4
innocentes, ut sic dicam, id est, particulares personas quæ voluerint audire verbum, & ita nulla fit tali in casu coactio ad audiendam fidem, sed solum ad non impediendum prædicationem Evangelii, nec eos, qui voluntariè illud audire voluerint.

Idem sentit Joseph. Acost. *lib.* 2. *de proc. Ind. sal. c.* 13. ubi eleganter, & generaliùs ait, hoc jus ab ipso omnium conditore conditum videri, utque Christiani à Deo didicerunt, docent ipsi cæteros mortales quorum salutem optare, & quærere debent. Qui enim dixit: *Ite in mundum universum, & prædicate Evangelium omni creaturæ*, certè aditum liberum quocumque terrarum aperuit, quem qui nobis præcludere velint, & summi Dei præcones, ac legatos inauditos à se relegant, contra jus divinum, & naturale, & contra salutem suam facere putandi sunt.

Mag. Domin. Bannez *in* 2. 2. *q.* 10. *art.* 10. *col.* 528. *vers. Tertia, & quarta conclusio, & col.* 534. *vers. Ex his sequitur.* Ubi licèt primo in quæstionem vocasset, an infideles subditi, & etiam non subditi, ad Fidem audiendam compelli possent: postea tamen concludit, infideles non subditos jure compelli, ne ullo modo Christi Fidem impediant. Et ex hoc sequi, quòd si nuntius Evangelii perveniat ad exteras, & barbaras nationes, & impediatur prædicare populis à Principibus illarum nationum, tunc potest Princeps Christianus, ut minister Pontificis, debellare illos Principes, ne impediant Prædicatorem. Hoc enim non est compellere ad audiendum, sed defendere innocentes, quosdam quidem ad prædicandum jus habentes, quosdam verò quia jus habent ad audiendum, si velint.

P. Lud. Molina *de just. & jur. tract.* 2. *disp.* 105. *& in materia de Fide, q.* 10. *art.* 8. ubi concludit, quòd cum Christiani jus habeamus denuntiandi Evangelium ubique terrarum, pariter quoque potestatem habemus concionatores, ad quoscumque infideles deferendi, eos protegendi, & infideles ipsos cogendi, non quidem ut Evange-

lium suscipiant, sed ne impedimento sint, tum concionatoribus quominus illud denuntient, tùm etiam suis, quominus illud audiant, suscipiant, & juxta illud vivant. Et quòd hoc fine, etiam vel invidis, & invitis ipsis infidelibus possumus cum navibus ad eos accedere, tamdiuque, & cum ea potentia in eorum portubus, & terris commorari, quamdiu, & quantum necesse fuerit, ut hæc tutò fiant, eaque ratione commercium aliquod cum ipsis exercere. Quod si gentes aliquæ, aut Reges, & Dynastæ resistant, & impediant, fas nobis est, bello illos coercere, injuriamque Fidei, & Evangelio in ea parte illatam punire.

Mag. Salon. *in 2. 2. tom. 1. tract. de domin. q.3. art.1.* ubi, postquam illam quæstionem tractavit, liceatne unum hominem alteri dominari? Et quo jure, ac quibus de causis justa servitus inducatur? subdit, Indos & Ætiopes, qui à Lusitanis, & Hispanis capiuntur, tuta conscientia capi, & ad nos deferri, ac vendi, si volentibus Evangelium in illis regionibus prædicare, ipsi resistant; quia resistentibus prædicationi Evangelicæ legitimè bellum infertur.

P. Joan. Azor. *d.lib.8.c.26.vers.Septimò quæritur*, quem sequitur, & ad verbum transcribit, Fr.Thom. à Jesu *lib.5. de procur. omn.gent. salut. 1.p. dub.3. pag.206.* ubi resolvunt, non solùm infideles Christianis subditos, verum & quoslibet Paganos, & Barbaros, & etiam non subditos, ad audiendum Christi Evangelium compelli posse, quia non ideò dici debet, quòd ad credendum etiam compellantur, & quia negari non potest, quin si viri probatæ vitæ, & spectatæ virtutis mitterentur ad Christi Evangelium Paganis annuntiandum jure naturali digni essent, qui audirentùr, nec ullus Paganorum Princeps, aut prohiberet, quominus Pagani, qui vellent, Evangelium audirent, aut idoneos Christi nuntios, aut præcones, & interpretes impediret, ne illud annuntiarent. Alioqui enim his, aut vim, & injuriam màfestam afferret.

Mag. Petr. Lorca *in 2. 2. art. 8. q.11. sect. 3.* ubi pluribus probat, omnes infideles indistinctè compelli posse, ut Fidei, & ejus prædicationi injuriam, & impedimentum non inferant. Et conducunt alia quæ trademus *infrà lib. 3. cap. 3. ex num.1.* & novissimè Ægid. Bened. *in l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, cap.3.n.16.* pluribus probat, summum Pontificem posse mittere Prædicatores in mundum, & subjicere alicui Principi Christiano eos, qui Prædicatores non acceperint, vel malè affecerint, ad quod allegat Bellarmin. *lib.1. de Rom. Pontif. cap.9. & seq.* & P. Suar. *lib.3. contra sect. Angl. cap.10.*

Pro † qua sententia dum docet, infideles, &
5 præsertim eos, qui Principibus Christianis subditi sunt, ad Fidei prædicationem audiendam compelli posse, apertæ sunt hodie Romanorum Pontificum constitutiones, præsertim Nicolai III. quæ incipit: *Vineam*, & Gregor. XIII. quæ incipit: *Sancta Mater Ecclesia*, quas ad literam invenies apud Laertium Cherubinum in suo Bullario, Anton. Naidum *in quæst.pract.verb.Judæus, fol.305.* Paul. Piasecium *in praxi Episcop. 2. part. cap. 4. pag.254.* & Thom. à Jesu *de procur. omn.gent. salut. lib.9. part. 1 in fin. pag. 373.* & earum summam recensent Azor, Suarez, Ricciullus & alii ex supra citatis; quibus cavetur, ut Judæi semel in hebdomada ad Fidei prædicationem audiendam accedere compellantur, pœna imposita his, qui audire recusant. Quarum vim non satis effugiunt illi, qui hanc non esse pœnam respondent, sed quoddam tributum, quod illis infidelibus tamquam subditis potest justè imponi; cùm hoc à verbis, & mente Pontificum alienissimum sit, ut benè advertit P. Suar. *dict. sect. 2. num.3.* & ostenditur *in dict. Bulla Gregor.* ibi: *Ad quos sermones & lectiones volumus universos & singulos utriusque sexus Judæos à duodecim annis supra, infirmitate, aut alia legitima causa, de qua Ordinarios docere debeant, non impeditos, in civitate, & locis, ut præfertur habitantes, vel aliunde obvenientes, etiam si inibi domicilium non habeant, ita per circuitum convenire, ut tertia saltem eorum pars, nec unquam minor, semper adsit. Quod si facere neglexerint, interdicti cum fidelibus commercii, & aliis pœnis arbitrio Ordinarii pro contumaciæ modo imponendis, donec satisfecerint competenter, ad ipsos sermones audiendos compellantur.*

Idemque ante prædictas constitutiones statu-
tum fuisse videtur: † nam *in cap. Episcopus nul-* 6
*lum, de consecrat. dist.1.* ad templa, & missas Cathecumenorum hac de causa accedere non prohi-
bebantur, & † in Concilio Basiliensi *sect.19.* quod 7
extat *in 4. tom. Concil. pag. 57.* idem ferè quod Gregor. statuit, his verbis cautum reperitur: *Sancta Generalis Synodus in primis statuit, ut omnes Diæcesani, quosdam in literis divinis benè eruditos, aliquot vicibus annuntiatim deputent, in locis ubi Judæi, aut alii infideles degunt, ad prædicandum & explanandum taliter Catholicæ Fidei veritatem, ut ipsi infideles, qui audiunt, suos valeant errores recognoscere. Ad quam prædicationem sub pœnis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ab hoc opportunis, ipsos infideles cujuscumque sexus in annis discretionis constitutos, accedere compellant.*

Et † quamvis de hoc Concilio, & an fuerit 8
legitimum, & approbatum, plura tradant Doctores, quos refert Marquar. de Susan. *in tract. de Judæ. & Infidel. 3.part. cap.8.* & Cabalcan. *dict. decis.21. num. ult.* tamen idem ibidem resolvit, quoad hoc ubique in Italia observari, & ita in Senatu Fivizanensi, & Papiensi decisum fuisse. Et in Aragonia quoque jamdudum cautum reperiri edicto Regis Jacob, anno 1242. quod fuit confirmatum per Innoc. IV. tradit Riccius *d. cap.37. num.5.*

Secundo, pro eâdem sententia, quatenùs generaliter probat, licitam esse eamdem compulsionem ad Fidem audiendam in omnibus infidelibus, etiamsi Christianis subditi non sint, ex mente
prædictorum Auctorum perpendo. Quod † cùm 9
Ecclesia, ut sæpè diximus, non solùm potestatem, verùm & necessitatem habeat, Evangelium per universum Orbem docendi, ac disseminandi, inutilis quidem, aut impossibilis hæc potestas, & obligatio redderetur, si infideles omnes ad ejusdem Evangelii præcones audiendos compelli
non possent; quia † doctrina sine auditu esse non 10
potest, ut inquit D. Paul. *Rom. 10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quàm speciosi pedes Evangelizantium pacem? Evangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Evangelio. Isaias enim dicit: Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per Verbum Christi.*



Quamobrem † D. Basilius *in Ascetic.* sic Fidem
11 definit: *Fides est assensio indubitata ad ea, quæ audiuntur certa veritatis persuasione ad ea, quæ prædicantur per Dei gratiam*, & Clemens Alex. *lib.1. Pædagog. Catechesis*, inquit, *seu quæ per auditum deducitur institutio ad Fidem deducit.* Ipsam-
que † Dei doctrinam totam, nomine *Evangelii,*
12 *& Verbi Divini* communiter apellamus. At Evangelium nihil aliud significat, nisi annuntiationem; verbum autem, id, quod ore profertur, ut præter alios, in specie nostra optimè advertit, & prosequitur Thom. Bocius *de sign. Eccles. lib.3. c. 2.* primum hoc signum veræ, & Catholicæ Ecclesiæ nostræ constituens, quòd ejus fides ex auditu dependeat.

13 Unde † consequenti concesso, vel uno ex correlativis, alterum, sine quo illud esse non potest, necessariò concedere debemus, *l.2. ff. de jurisdict. omn. jud. l.3. §. qui habet, ff. de servit. rust. præd.* ibi: *Qui habet haustum, iter quoque habere videtur ad hauriendum, & si quis tantum haustum cesserit, nihil agit, l. qui fundum 40. §. 1. ff. de contrah. empt. l.6. t.31. p.3.* cum aliis, quæ notant Bart. & Doct. *in l. si fidejussor. 52. ff. de fidejuss.* Ripa *in l.1. n.103. ff. de vulgar.* Ludovic. Vital. *lib.2. variar. c.9.* Pat. Suarez *de legib. lib.8. c.11.* & diximus *supra c.16. ex n.52.*

Cujus rationis vis à simili confirmatur per aliquos ex suprà relatis. Nam quia † *Christus* dixit
14 Apostolis suis *Joan. 20. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, &c.* optimè colligit Ecclesia, præcepisse fidelibus, ut peccata sua confiteantur, quia non possunt remitti, nisi audiantur, & cognoscantur. Ergo similiter, si dedit Ecclesiæ potestatem docendi infideles, consequenter dedisse videtur, ut possit illos ad audiendum compellere. Præsertim cum † eo ipso quòd audire
15 nolunt, prædicationi Fidei resistere, & impedimentum ex parte sua apponere videantur, quod ubi faciunt, Auctores omnes justè debellari posse concedunt.

16 Neque † huic sententiæ adversatur consideratio Soti, Valentiæ, Bannez, Aragon. Torres, Suarez, Beccani, Freitas, & aliorum, qui in hoc articulo compulsionis, & debellationis ob id tantùm, quòd Fidem audire nolint, contrariam defendunt, dicentes, quòd cum non possint cogi ad credendum, ad audiendum etiam compelli non debent, & quod iis tantùm est prædicandum, qui sponte sua prædicatores audire, & recipere vo-
lunt, † Apostolorum exemplo, quibus hoc ita
17 *Christus* Dominus commendasse videtur, *Lucæ 3. Matth.10. Et quicumque non receperint vos, neque audierint sermones vestros, exeuntes foras de domo, vel de civitate, excutite pulverem de pedibus vestris.* Nam rectè respondet Azor. *dict. lib. 8.*
18 *c.24. q.3. & 7.* † coactionem in receptione Fidei expressè prohibitam esse, quia libertati, quæ in ea requiritur, directè repugnat, ut latè ostendimus *sup. c. 16. n.4.* At verò, in compulsione audiendi Fidem, hanc prohibitionem non reperiri, quin potius ex præcepto prædicandi, & Evangelizandi deduci videri, quoniam eo facto tantum curatur, & efficitur, ut sacris divini Verbi concionibus intersint, & posteà spontè, ac liberè audita credant, vel respuant. Non enim consequens est, ut si ad audiendum adigantur, eo ipso compellantur ad credendum, sicut potest quis cogi, ut audiat prædicationem consiliorum Evangelicorum, vel de concessione indulgentiarum, & non propterea cogitur, vel ad sequenda consilia, vel ad lucrandas indulgentias.

Et † quemadmodum Ecclesia non erat, dum 19
infidelibus subditis hanc audiendi necessitatem injungit, ut ipsi iidem Auctores tamdem agnoscunt, & in primo argumento probavimus: ita non errabunt, qui idem ad non subditos protrahunt, cum in omnibus eadem prorsus militet ratio, eademque in receptione Fidei libertas desideretur, possitque hodie Ecclesia ubique suum munus, & officium implere, & competenti auc-
toritate, & severitate defendere. Quod † tem- 20
pore Apostolorum secùs se habebat, & ideo suo jure in multis non utebatur, ut abundè satis ostendimus *suprà cap. 16. ex num. 8.* & in terminis docet P. Suarez *dict. tract. de Fide, disp.18. sect. 1. n.10.*

Præterquam † quòd verba illa Matthæi: *Ne-* 21
*que audierit sermones vestros*, magis de contempta, quàm de non audita prædicatione intelligi debent, ut ibidem Franc. Lucas advertit. Et quod
subdit † de excussione pulveris pedum, inter va- 22
rias significationes, quas ibi ex Sanctis Patribus idem Franc. Lucas, & Maldonatus adducunt, anathematis, maledictionis, atque condemnationis signum importat, ut D. Hilarius ostendit, dum inquit: *in eos, qui audita Regni cœlestis prædicatione, Apostolorum præcepta respuerint, signo pulveris ex pedibus excussi, æterna maledictio relinquatur.* Et sic Apostoli, eis quibus tunc poterant, pœnis, non auditam, vel spretam prædi-
cationem, vindicabunt. Quinimò † & bellum eâ 23
de causa indicebant; jactatio quippè pulveris pedum adversus aliquam civitatem, videtur esse signum denuntiantis bellum, & eversionem minitantis, ut rectè advertit, & pluribus illustrat Pat. Joan. Pineda, *de rebus Salom. lib.6. cap. 20. §.9. num.19. pag.473.*

Tertio, † pro eadem sententia facit, quod in- 24
fideles ubilibet constituti, non possunt à culpa excusari, si divini Verbi nuntios, & prædicatores recipere, & Evangelium pacis, aliqua sibi convenientia ab illis proponenda, audire recusent cum hi non solùm censendi sint Regum Christianorum, aut Romani Pontificis legati, quorum cura, & auctoritate ad hoc pium, & Apostolicum munus mandari solent; verùm & ipsius Christi Domini, pro quo legatione funguntur, juxta illud D.Pauli *2. Corinth. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos.* Et *ad Ephes. 6. Pro quo legatione fungimur in catena ista*, ubi D. Thom. exponit, id est: *Sumus legati Christi.*

Legatos † autem, etiam ab hostibus missos, 25
fido, & securo hospitio recipi debere, & grato, ac benevolo vultu audiri & expediri, constans est om-

omnium gentium consuetudo, ac velut religio, ex ipsius naturæ humanæ legibus hausta, quæ ubi violatur, legitimam belli causam adversus vio-
26 lantes inducit. Qua ratione † legati ipsi Sancti appellari solebant, *cap. jus gentium*, 1. *dist.* ibi: *Le-*
27 *gatorum non violandorum religio* † *l. ultim. in prin-cip. D. de legation.* ibi: *Si quis legatum hostium pulsasset, contra jus gentium id commissum esse existimatur: quia Sancti habentur legati, l. sanctum* 7. *ff. de rer. division. l.* 15. *tit.* 28. *p.* 3. junctis aliis, quæ, ultra Scribentes in his juribus, latissimè tradunt Duaren. *lib.* 1. *disp. c.* 37. Conan. *lib.* 3. *comment. jur. civil. c.* 1. *n.* 6. & 7. Emmanuel Suarez *lib.* 1. *observat. c.* 10. & 15. Sigon. *lib.* 1. *de judiciis, c.* 4. Petr. Crinitus *de honest. discip. lib.* 7. *cap.* 3. Alban. Spinasatus *lib.* 2. *Polit. cap.* 5. Petr. Faber. *lib.* 2. *Semest. c.* 1. *pag.* 10. Petr. Gregor. *lib.* 33. *Syntag. c.* 14. *n.* 4. Tiber. Decian. *in praxi crim. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 4. & *lib.* 7. *cap.* 5. *à num.* 11. Durant. Cancell. *lib.* 1. *var. cap.* 1. Balthas. Ayala *de jure, & officio belli, lib.* 1. *cap.* 9. Mag. Marquez *in Gubernat. Christian. lib.* 1. *capit.* 27. & *lib.* 2. *cap.* 37. *pag.* 376. Pat. Salas *in tract. de legibus quæstion.* 95. *disp.* 7. *sect.* 2. *num.* 19. Christophor. Besoldus *in dissertat. jur. polit. de legatis, & eorum jure, cap.* 5. & Carol. Paschalis in peculiari, & satis docto tractatu, quem novissimè de legatis scripsit, quem sequutus, alium non minùs doctum Hispana nostra lingua elucubravit Dom. D. Joan. à Vera & Zuniga, nunc titulo Comitatus *de la Roca*, pro meritis insignitus, & majoribus quotidiè honoribus, pro eximia quâ pollet nobilitate, prudentia, & eruditione, condecorandus: ubi *disc.* 1. hunc articulum elegantèr
28 exornat. Unde † D. Chrysost. inquit: *Legatos nudos, legatione fungi ad armatos, pro pace, neque illorum quemque injuria affiecre licere, ut qui Deorum sint ministri: quicumque amicitiæ nuntii*
29 *sunt.* Et David. † *lib.* 2. *Reg. cap.* 10. intulisse dicitur bellum Regi Ammonitarum, propter derisos
30 legatos suos: † injuria enim facta legatis, censetur facta Principi, vel Reipublicæ, cujus legatione funguntur, *capit. accusatio, in fin.* 2. *quæst.* 7.

Ex quibus principiis rectè post alios deducit P. Suar. *d. tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 1. *ex n.* 1.
31 *ad* 4. † Ecclesiam habere jus tuendi, & defendendi suos prædicatores. Et Ferd. Zurita *in suis quæst. Theolog. c.* 21. de ipsis nostris Indis per-
32 tractans, concludit, nulla † ratione, aut ignoratione excusari posse, si legatos ad se missos interficiant, à quibus, aut eorum sociis nullum damnum, vel injuriam priùs accepissent, cùm hoc commune omnium gentium jus, & totius mundi utilitas execretur; cujus ignoratio, transgressio, aut violatio nemini est condonanda ex doctrina D. Thom. *in* 1. 2. *quæst.* 10. *art.* 8. & *q.* 76. *art.* 2. & *q.* 94. *art.* 2. 4. 5. & 6. & *in* 1. *p. quæst.* 17. *art.* 3.

33 Quod idem † cautum videmus pluribus Regiis schedulis & instructionibus quæ olim ad novas expeditiones dari solebant, & reperiuntur *in tom.* 4. *pag.* 220. ubi dicitur: *Que si los Indios maliciosamente pusieren impedimento, ó dilacion en admitir las personas que les ván á tratar de la enseñanza de la Fé, ó en estorvar que estén entre ellos, y no se pase adelante con la predicacion, y instruccion de buenos usos, y costumbres, ó que no se reduzgan, y conviertan los que de los suyos, ó de los vecinos buenamente lo quisieren hacer, ó si se armaren; ó vinieren de guerra á matar, robar, ó hacer otros daños á los dichos descubridores y predicadores: en tales casos se les pueda hacer guerra con la moderacion que conviene, y consultando primero la justificacion, y forma de ella con los Religiosos, y Clerigos que se hallaren presentes, ó con las Reales Audiencias, si huviere comodidad para ello, y haciendo los demàs autos, protestaciones, y requerimientos que se entendieren convenir.*

Quartò, in confirmationem, & extensionem ejusdem tituli considerari potest mirum non esse; si adversus infideles, qui Evangelium prædicari, & propagari prohibent, bellum moveri posse, affirmemus: cùm † idem plurimi, & gravissimi Auc-34 tores cum Victoria *ubi suprà*, licere concedant, naturali, ac communi omnium gentium jure considerato, ob id solùm quod innoxia commercia, & negotiationes in suis provinciis nobis inhibeant, & litorum, ac terrarum suarum appulsum, & aditum intercludant. Etenim qui hæc † fa-35 ciunt, injuriarum tenentur, quasi qui in publica commoda peccant, & humanam societatem, & cognationem disturbent, quæ his quasi vinculis commerciorum, & mutuæ hospitalitatis connecti, & sustineri videtur, *l. ut vim, l. ex hoc jure, D. de just. & jure, §. jus autem gentium, instit. de jure naturali, penult.* & ibi communiter Scribentes, *D. de pactis,* † *l. injuriarum* 13. §. *si quis me prohibeat,* 36 *vers. At si quis, D. de injuriis, l. nemo igitur, D. de rer. divis. §. riparum, & §. litorum inst. eod. l. litora* 51. *D. de contrab. empt. l. mercatores, C. de commerc. l.* 66. *tit.* 28. *p.* 3.

Eoque alludens † Cicero *in Topicis*: *Litera* 37 (inquit) *omnia publica esse vultis, & lib.* 8. *Offic. Est enim hominum naturæ, quam sequi debemus, maximè inimica crudelitas. Malè etiam qui peregrinos urbibus uti prohibent, eosque exterminant, ut Pœnus apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere, quam tulerunt legem sapientissimi Consules Crassus, & Scevola, Usu verò Urbis prohibere peregrinos, sanè inhumanum est.* Et Ovid. 7. *Metamorph.*

= *Litusque rogamus*
*Innocuum, & cunctis undamque, auramque patentem.*
Et Virgil. 1. *Æneid.*

*Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem.*
*Permittit patria? hospitio prohibentur arenæ.*
*Bella cieni, primaque consistere terra.*

Paulus item Oros. *lib.* 5. *cap.* 2. sic ait: *Nunc me ista Aphrica excepit, pace simplici, sinu proprio, jure communi, de qua aliquando dictum, & verè dictum, hospitio prohibemur arenæ, &c.* Cui arridet Casiod. *lib.* 11. *epist.* 17. *dum ait: Hinc est, quod sapientes mortale genus unum hominem esse testati sunt: quoniam omnes à cunctis casibus suis indivisos esse voluerunt*: & idem solita eloquentia expressit Plin. *Panæg. ad Trajan.* eum eximie laudans, quod ita commercia miscuerint, ut quod genitum esset usquam, id apud omnes natum videretur.

Unde in sacra † Pagina hoc humanitatis, hos-38 pi-



pitalitatis, & promiscui commercii jus sæpissimè commendatur, *Deuteron.* 10. & 19. *Isai.* 58. *Eccles.* 17. 1. *Petr.* 4. 1. *ad Timot.* 3. *Roman.* 12. *Matth.* 25. *Lucæ* 14. & melius 13. *ad Hebr.* 2. in illis verbis: *Hospitalitatis nolite oblivisci, per hanc enim patuerunt quidam Angelis hospitio re-*
39 *ceptis.* Quibus † Divus Paulus Loth, & Abraham historiam respexit, *Genes.* 18. & 19. & Joseph. *lib.* 1. *antiquit. Judai. c.* 19. qui ob id, quod recipere hospites assueverant, Angelos sub figura hominum hospites habere meruerunt. De quo
40 loquens Divus Ambros. *in lib. de Patriarch.* † relatus *in cap. offerebatur* 32. *quæst.* 7. *Præferebat* (inquit) *Sanctus Loth. domus suæ verecundiæ hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inviolabilem.*

41 Neque abest † Clemens Alexandrinus *lib.* 2. *Strom. capit* 4. ubi charitati hospitalitatem adhærere tradit, eamque diffinit: *Artificium amicitiæ circa usum hospitum.* Cui addit Gentian. Hervet. quanta autem esset virtus hospitalitatis ex hoc est perspicuum, quòd inter cæteras virtutes, quas Episcopo tribuit Div. Paul. 2. *Timot.* 3. eum quoque velit esse hospitalem. Et *lib.* 4. *c.* 7. *pag.* 538.
42 ubi † ait Saram. Angelis panes subcinericios parasse, & Cleobuli sapientis, & Lyndiorum Monarchæ filiam non potuisse lavadare pedes paternorum hospitum.

43 Romani † etiam tantum huic juri, & virtuti deferebant, ut in eis significationem & commendationem Jovem Xenium sive Hospitalem & maxima veneratione colerent, & nationes quasdam hospitalitati deditas celebrarent: contra verò, alias hospitibus invisas, crudelitatis, & infamiæ nota prosequerentur, ut latissimè constare poterit ex his, quæ eleganter de commerciorum & hospi-
44 talitatis jure, & utilitate congesserunt † Servius, Pontan. & Cerda in illud Virgilii 1. *Æneid.*

*Jupiter hospitibus nam te dare jura loquuntur.*

Budæus *in notis posterior. ad Pandectas ad l.* 5. *D. de captivis, pag. mihi* 194. Alexand. ab Alex. & ejus addition. Tiraquel. *lib.* 4. *dier. Genial. c.* 10. Cæl. Rodigin. *lib.* 19. *lect. antiq. c.* 26. & *lib.* 18. *c.* 5. Doct. Ribera *super dict. epistol. ad Hebr. ex n.* 3. *ad* 16. Thom. Bocius *de sig. Eccles. Dei, lib.* 23. *c.* 14. *circa finem,* Tiberius Decian. *respon.* 66. *n.* 37. *vol.* 3. Petrus Cenedus, qui plures refert *in collectan.* 118. *ad Decretales, num.* 1. Rutilius Benzon. *de anno Jubil. lib.* 6. *c.* 6. *ex pag.* 622. Joan. Busæus *in viridar. Christ. virtut. verb. Hospitalitas,* Fr. Joan. Marquez *in Gubern. Christian. lib.* 1. *c.* 27. *pag.* 161. & plura exempla adducens Marullus *de memorab. lib.* 1. *cap.* 7. An Sabellicus *lib.* 7. *c.* 6. & Theatr. vitæ hnmanæ *vol.* 14. *lib.* 1. *ex pagin.* 2897.

Quo in numero recensere potuissent Hispanos † nostros, quorum eximiam in hospitibus ad-
45 mittendis, & excipiendis, humanitatem, jam olim testatam reliquit Diodor. Sicul. *lib.* 6. *Bibliothe. c.* 3. Macrob. *lib.* 3. *Saturn. c.* 13. & alii relatis à Bernard. Aldrete *lib.* 1. *de antiq. Hispan. c.* 17. & Fr. Joan. à Ponte *de convenien. utriusque Monarch. lib.* 3. *c.* 21. §. 3. *pag.* 139. & *c.* 24. §. 2. *pag.* 156.

Estque ista † commerciorum, & hospitalita- 46
tis vicissitudo, tum ad alia, tum maximè ad Fidem introducendam, & propagandam, summopere necessaria. Nam † hospites simul olim & Do- 47
ctores erant, ut testatur Lucian. *in Dea Syria,* dicens, in sacra civitate fuisse publicos hospites, qui ab Assiyriis appellabantur Doctores, quoniam ipsis omnia exponebant, & enarrabant. Et meliùs Joseph. *de antiquit. Jud. lib.* 1. *cap.* 16. & Euseb. *lib.* 9. *de præparat. Evang. c. ult.* ubi tradunt, † 48
Abraham, dum fuit hospes in Ægypto, viros, Saram verò ejus uxorem, fœminas in veri Dei cultu instituisse. Quod referens Pineda de rebus Salom. *lib.* 3. *c.* 27. *n.* 8. *Porro*, inquit, *hospitalitas ipsa Abrahami indicat, illum fuisse Doctorem.*

Et ob hanc causam Fr. Ant. de San Roman. *in hist. Ind. Orient. lib.* 2. *c.* 15. *pag.* 280. † merito 49
reputat difficilem Evangelii propagationem inter Sinas, & alias nationes, † quæ ex patriis legi- 50
bus peregrinorum, & advenarum hospitia & commercia strictis legibus prohibent, de quibus aliqua congerit Alex. Cælius, & alii *suprà* relati, Theatr. vitæ hum. *vol.* 1. *lib.* 1. *pag.* 59. Puente omninò videndus, *d. c.* 21. §. 3. Nicolaus Cragius, de Spartanis loquens, *in tract. de Repub. Lacedæmon. libro* 3. *tabul.* 3. *inst.* 3. † qui Derinoxeni, quasi 51
fallentes hospites dicebantur, Pat. Ludovic. Cerda *in notis ad lib.* 1. *Æneid. pag.* 103. & Joan. Lorinus *in Acta c.* 10. *vers.* 23. *pag.* 490. Et Nos plura diximus *sup. lib.* 1. *c.* 16. *n.* 15.

Plurimis quoque schedulis & instructioni- 52
bus Regiis cautum invenimus, † ut hæc com-
mercia cum Indis juxta juris naturalis principia, bona fide, ut oportet, instituantur, ipsique, ut nos securè excipere velint, admoneantur, & si contrarium fecerint, bellum eis denuntietur, ut patet ex his, quæ citavimus *supr. hoc cap. n.* 33. † Et præcipuè ex eleganti illa Imper. Caroli V. 53
epistola ad Reges Meridionales, & Occidentales, missa, data Barcinon. 1. Maii anno 1543. quæ extat *dict.* 4. *tom. pag.* 222. ubi inter alia hæc verba reperiuntur: *Una de las cosas que mas comun parece entre todas las gentes, es el uso de los comercios, y contrataciones que tienen entre si: Porque como la suma Sabiduria de Dios en todas las partes del mundo cria cosas de mucho provecho por los hombres, las quales en otras no se hallan, mediante la continuacion de los tratos, y rescates, se buscan, y adquieren, y se vienen à conocer, y hermanar unas Provincias con otras, &c.* Et ibi: *Sino admitieren las personas que de esto les fueren á tratar, ó estorvaren, que estén entre ellos.*

Quæ verba † à D. Chrysost. mutuata viden- 54
tur, qui *in cap.* 13. *epist.* 1. *ad Corinthios homil.* 34.
scriptum reliquit, summa providentia Deum omnia ubique gigni non permisisse, ut inde homines commerciorum causa cogeret commisceri, de quo etiam diximus alia *suprà lib.* 1. *cap.* 7.

Quæ omnia faciunt, † non satis probemus 55
opinionem Pat. Lud. Molinæ *dict. tract.* 2. *de just. & jure, disput.* 105. *colum.* 433. dum contra Victoriam contendit, nullam Rempublicam teneri cum periculo sui, vel etiam sine periculo, hospitalitatem, vel commercia cum peregrinis & extraneis exercere, neque eos intra proprios portus, & limites, nisi gravi imminente necessitate re-

recipere. Nam contrarium ex *suprà* dictis verius esse videtur, ubi nihil est, quod de extraneis vereri possimus; & ita Nazianzen. *orat.* 1. *contra Julian.* Gregor. Nysen. *dialog.* 2. & Philostrat. *in epistolis*, plurima congerunt adversus nationes inhospitales, quas hac de causa *feras*, & *barbaras*
56 vocant; & † D. August. *de verb. Apostoli*, inquit: *Ille homo dicitur esse humanus, qui se exhibet esse hominem, & maximè hospitio suscipit hominem.*

Quintò, superior titulus evidentiùs confir-
57 mari, aut etiam ampliari poterit, † si constituamus, infideles eo procedere, ut non solùm prædicatores audire recusent, verùm eisdem quoque impedimento sint, ne per suas provincias transitum faciant ad alias, in quibus fidei mysteria annuntiare, & proponere velint. Hoc enim casu omnes suprà dicti Doctores uno ore fatentur, legitimum bellum illis indici posse; quoniam aliter Evangelii aditus præcluderetur, quod Christus Dominus per universum terrarum Orbem prædicari, & propagari præcepit, *arg. d. l. 3. §. qui ha-*
58 *bet, ff. de servit. rust.* & eorum, † quæ de bellis per Moysen adversus Amorrhæos illatis, tradit
59 D. Aug. *q.* 44. *in num.* relatus à Gratian. † *in c. ult.* 23. *q.* 2. ubi illorum justificationem in eo constituit, quòd Israël ad terram sibi à Deo promissam, per regiones suas transire non paterentur, sic inquiens: *Notandum est sanè quemadmodum justa bella gerebantur à filiis Israel contra Amorrhæos; innoxius enim transitus negabatur, qui jure societatis humanæ æquissimo patere debebat.*

Quod idem admittit, & benè probat Gloss. Ordin. *numer.* 21. Rupert. Abb. *lib.* 2. *in numer. cap.* 14. & D. Thom. *lib.* 2. *de regim. Princip. cap.* 12. Abulens. & Cajetan. 2. *Deut. q.* 6. Silvest. *in sum. verb. Gabella*, *q.* 3. *n.* 12. & 13. Victoria *in* 2. *relect. de Indis, concl.* 1. Alphons. à Castro, *lib.* 2. *de justa hæret. punit. cap.* 4. Covarr. *in reg. peccatum*, 2. *pag.* §. 9. *num.* 4. *vers. Quinto etiam.* Fr. Dom. Soto, *lib.* 5. *de justit. & jur. q.* 3. *art.* 5. *in fin.* Lucas de Penna *in l.* 1. *col.* 3. *Cod. vi armorum usur. lib.* 11. Molin. *dict. tract.* 2. *disp.* 104. Gregor. de Valent. 2. 2. *disput.* 3. *q.* 16. *punct.* 2. Balthas. Ajala *de jure & offic. belli, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. *in fin.* & novissimè Card. Bellarm. *in respons. ad Apolog. Regis Angliæ pro iurament. fidelit. pag. mihi* 316. Mag. Marq. *in Guber. Christ. lib.* 1. *cap.* 27. *ex p.* 160. Carol. Sigon. *lib. ult. de reb. Ital.* ubi scribit hac ratione Genuenses Venetis bellum fecisse, & novissimè Seraph. Freitas *de just. Imp. Asiat. c.* 1. & 2. ubi tradit, qualitèr hoc accipiendum sit; & respondet argumentis Incogniti *in tract. Maris liberi*, *cap.* 1. prout Nos etiam facimus *infrà hoc lib. cap.* 25. *ex num.* 63.

Et consonat aliud exemplum, quod habetur 1.
60 *Machab. cap.* 5. † ubi Judas cùm victor & triumphans de Ammonitis in domum rediret, ad urbem Epiren pervenit; & quia ejus incolæ transitum, quem petierat, illi denegarunt, eamdem urbem, & masculos omnes illam habitantes delevit,
61 Et *Deut.* 23. 3. ubi † ex divinæ legis præcepto à Templo Domini Ammonitæ & Moabitæ, etiam post decimam generationem excludebantur, quia in exitu Israël de Ægypto, populo fatigato non occurrerunt, neque ei panem, & aquam, ad prosequendum iter, dare voluerunt.

Unde colligunt Bartol. *in l.* 1. *C. de Pagan.* Jas. *in l. ex hoc jure, num.* 25. *de just. & jure.* Albertin. *in rub. de hæret. q.* 8. *num.* 12. Palac. Rub. *in tract. de obtent. Reg. Navarræ*, 5. *p.* §. 3. & Covarr. *ubi suprà, versic. Quam causam.* Quòd † cùm Ecclesia licitè possit indicere bellum con-62
tra Sarracenos tenentes, & occupantes Terram Sanctam Jerusalem, idem quoque indicere poterit contra omnes alios Infideles intermedios, impedientes, vel non permittentes Christianos ire, vel transire ad illam sanctam expeditionem.

Et † eadem ratione, ultrà plures alias defendi-63
tur titulus, quo Catholicus Hispaniæ Rex Ferdinand. V. Navarræ Regnum debellavit, & occupavit; quia nimirùm sibi innoxius transitus ad Ducatum Guianæ in Gallia denegatus fuit, quem Pontificia auctoritate debellare intendebat, cùm alius locus aptus ad transeundum non esset, ut latè concludit Palac. Rub. Bellarmin. & Marquez in locis *suprà* relatis: Nebrisens. *lib.* 1. *de bello Navar. cap.* 1. Hieron. Zurit. *in suis annal. l.* 10. *cap.* 9. & 10. *anno* 1512. Illesc. *in hist. Pontif.* 2. *tom. pag.* 205. Camill. Borel. *de præst. Reg. Catholic. cap.* 46. *ex num.* 10. & *cap.* 47. *ex n.* 69. Franc. Guiciardin. *lib.* 11. *suæ historiæ, fol.* 307. *pag.* 2. Gregor. Lop. Mader. *de Monarch. Hispan. cap.* 9. *pag.* 66. Nos *infrà cap.* 21. *n.* 57. & novissimè Ludov. Cabrer. *in hist. Reg. Philip. II. l.* 5. *cap.* 16. Ut sic caveamus † à Genebrard. *in Chro-*64
*nolog. ann.* 1513. & Joan. Bodino, *lib.* 5. *de Repub. cap.* 6. dum inquiunt: *Ferdinandus Hispaniæ Rex nullo meliori jure, quàm quod sibi utile, & commodum esset, Regnum Navarræ, expulso Joanne Alberto, occupat anno* 1513. *& Regnis Castellæ associat*, quos benè notat, & manifestè convincit Mag. Marquez *ubi suprà, pag.* 162.

Et eodem † modo notare, & damnare possu-65
mus Ant. Monarc. *in notis in l.* 1. *C. de sum. Trinit. pag.* 11. ubi ea libertate, qua Gallici scriptores, quidquid ad sui Regni præstantiam spectat, effutiunt, asserere ausus est: *Toto adversante jure naturali, & gentium Navarram invasisse centum abhinc annis Ferdinandum, qui tamdem sibi conscius, restitui eam jussit moriens, posteaque Carolus V. filius, & post Carolum Philippus; ita ut per inexplicabiles ferè injustissimæ detentionis modos, impleatur numquam ultimi in re aliena decessoris voluntas. Hoc Joannes Lopez, hoc Doctor Navarrus, hoc Nebricensis, qui cùm Hispani sint, tanto majorem rei fidem afferunt, quanto, & acuratiùs exploratum ab eis fuerat, invasisse Ferdinandum, quod alienum sciret, &c.*

In quibus omnibus mera commenta ex suo tantùm capite profert. Nam plures, & justissimæ causæ ad prædicti Regni obtentionem intervenerunt, quas peculiaribus historiis, & commentariis recensent, & defendunt auctores *suprà* relati, & præcipuè iidem illi, Joannes Lopez de Palacios Rubios, & Nebricensis, quos ipse suas partes agere inquit. Et † Navarr. *in epist. ad Ducem Albur-*66
*quentium*, quam præfixit *in comment. ad cap. cùm minister* 23. *q.* 5. *en fine.* enixè affirmat, se numquam contrarium scripsisse, & retentionis illius Regni justitiam in dubium vocari non posse.

Neque † uspiam lecta, aut visa sunt testamen-67
ta



ta nostrorum Regum, quibus restitutio fieri jubeatur, quàm Mornatius adeò intrepidè commi-
68 niscitur: † licèt Galli id ubique diffundant, & se Navarram recuperaturos minentur. Qua de re videri potest historia Vandomæ, quam refert Ludov. Cabrer. *ubi sup.* & optimum exemplum adducit Dom. D. Joan. à Vela *in d. lib. de legato,*
69 *discus.* 2. *pag.* 146. Nam cum † Henricus IV. Galliæ Rex cum Excellentiss. & celeberrimo Duce Domino D. Petro à Toleto Ossorio Villæfrancæ Marchione, Catholici nostri Regis Philippi III. extraordinario legato, colloqueretur, sermonem de Navarræ Regno permiscuit; illudque injustè usurpatum, injustius à Philippo retineri conquestus est; se tamen, si viveret, brevi recuperaturum. Cui Petrus respondit, Regnum hoc, inter plura alia à suis gloriosis progenitoribus parta hæreditatio jure Regi nostro delatum fuisse, & justitiam, qua illud possidebat, ejusdem conservationi, & tuitioni opem, ubi opus esset, absque dubio laturam. Tunc Rex, benè, ò, inquit, benè, rationem admitto; at ubi Pampilonem meo exercitu obsideam, quis mihi illam defendat, videbimus. Quo audito Petrus Rege, qua oportuit urbanitate, resaluratò, velocior solito ad cubilis fores pergere cœpit: cùmque eum Rex, quò ita celeri gressu ire, interrogaret: Pampilonem inquit, ut tuam ibi Majestatem operiar, urbemque illi pro virili defendam.

70 Neque his obstat † illud Job. 15. vers. 19. *Quibus solis data est terra, & non transibit alienus per eos*; & auctoritas D. Isodori, *l.* 5. *Etymol. c.* 2.
71 relata à Gratian. † *in cap.* 1. *dist.* 1. dum ait: *Transire per agrum alienum fas est, jus non est.* Nam, ut advertunt gloss. *in d. cap. ult.* 23. *quæst.* 2. Palacius Rub. *d.* 5. *part.* §. 3. & Pat. Marquez *dict. lib.* 1. *cap.* 27. *pag.* 166. hoc non est intelligendum, ubi transitus † necessarius est, & sine ali-
72 quo incommodo, vel periculo extraneis præberi potest. Nam tunc, quod tibi non nocet, & mihi prodest, reddere mihi teneris, *l.* 3. §. *item Varrus, ff. de aqua pluvia arcen.* & nemo prohibetur via publica uti, *l. per agrum, C. de servit. & aqua.* Cæterùm si quis hostiliter per alienas provincias transire, & grassari veller, hoc ei denegari posset, & ita accipienda sunt illa verba Job: *Et non transibit alienus per eos.* Veteres † enim, ut *ibid.* ex
73 Varrone, Cicerone, & aliis ostendit Pineda, alienos omnes, & peregrinos, perduellos, & hostes appellabant, & reputabant, & idem docet Cajus l. C. *in l. quos nos hostes* 234. *ff. de verb. signif.* ubi Alciat. Bræcheus & Forner. plura notarunt. Transirèque, † aut pertransire apud eosdem
74 habitum hostis incurrentis, excurrentis, proculcantis, depopulantis, regionem aliquam significabat

Diù † verò Isidor. *in d. cap.* 1. tantùm abest,
75 ut innoxius transitum neget, quòd imò illud ex
76 divina lege concedendum esse fateatur. Fas † enim, ut *ibidem* scribit, lex divina est, cujus in eadem materia transitus, meminisse videtur †
77 Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

*Si genus humanum, & mortalia temnitis arma.*
*At sperate Deos memores fandi, atque nefandi.*

78 Quæ † lex divina nulla hominum contraria constitutione, vel consuetudine abrogari potest,



§. *sed naturalia, instit. de jure natur.* cùm videamus ipsum † etiam jus naturæ, sive gentium non 79
immutari, ex eo quod aliquæ Barbaræ nationes illius præcepta impunè transgrediantur, ut † exem- 80
plo Lacedæmoniorum, quibus furta licita erant, ostendit Agel. *lib.* 11. *noct. Attic. cap. ult.* & Joan. Borcolth. *in princ. inst. de fur. n.* 10. & 11.

Sextò, prædicta omnia longè planiùs procedent, & magis justa, & legitima infidelium punitio, & debellatio reddetur, † si constiterit eos 81
non solùm fidei audiendæ, vel recipiendæ adversari, verum & receptam deserere, aut fidem, & fideles, qui eam prædicant, vel recipiunt, suis blasphemiis, pravis exemplis, sacrificiis, ac suggestionibus, vel aliis quibuslibet modis, injuriis, aut opprobriis deludere, & impedire, ut sæpius in his Christianis Indiarum expeditionibus, & amissionibus contigisse, ipsi earum Historici passim enarrant. Quam doctrinam apertè probant omnes auctores *suprà n.* 2. relati præcipuè Covarr. *in dict. reg. peccatum*, 2. *part.* §. 10. *num.* 3. *vers. Quintò.* Aragon *pag.* 293. Lorc. *in* 2. 2. *art.* 8. *q.* 11. *sect.* 3. Suar. *in tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 1. 2. & 3.

Et pro ea faciunt † text. *in l.* 1. 2. & *l. nemo,* 82
*C. de Paganis, l. Judæis, la* 2. *C. de Judæis, cap. contra Christianos de hæretic. lib.* 6. *cap. de Judæis*, 45. *dist. nct. cap. sæpe* 28. *q.* 1. *cap. sicut inquit*, 2. *quæst.* 8. *cap. & si Judæos de Judæis*, cum multis aliis, quæ late considerant Oldrad. *cons.* 36. Baldus, *cons.* 100. *vol.* 2. & *cons.* 315. *vol.* 2. Petr. de Anchar. *cons.* 15. Calderin. *cons.* 2. *sub tit. de Jud.* Socin. *cons.* 102. *vol.* 1. & *cons.* 119. *vol.* 4. Alexand. *cons.* 15. *vol.* 3. *cons.* 119. *vol.* 4. & *cons.* 223. *vol.* 6. & plures referens Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 30. & 31. & *cap.* 12. *ex num.* 4. Navarr. *cons.* 7. *tit. de hæreticis*: & Simon Majol. *in tract. de perfid. Jud.* ferè per tot.

Extàtque † ad hoc expressa constitutio Gre- 83
gor. XIII. incip. *Antiqua Judæorum improbitas*, quam præter alios refert Anton. Naldus, *in pract. quæst. verb. Judæus, pag.* 306. & Fr. Thomas à Jesu *de procur. omn. gent. sal. lib.* 9. *part.* 2. *c.* 4. ubi per inquisitores hæreticæ pravitatis adversus Judæos procedi posse constituit, si unum, & verum Deum esse negaverint, si dæmones invocaverint, vel quævis impietatis obsequia eis præstiterint. Si Christianos ad hæc perducere attentaverint, vel à fide semel recepta, aut recipienda retrahere, si in Christum, & ejus Matrem vel in Christianæ fidei ignominiam, redemptionisque nostræ hostiam salutarem in Ara Crucis immolatam, aut santissimum Eucharistiæ Sacramentum aliquas blasphemias, verbo, vel facto protulerint. Quæ omnia meritò Gregoriana sanctione animadversa reperiuntur; quoniam gravissima, & impiissima crimina, & sacrilegia quotidie circa
hæc à Judæis committebantur. † Quorum detes- 84
tanda exempla reperies apud Decian. & Majol. *suprà* & in Fortalitio fidei 1. *part.* & in Specul. exempl. *verb. Judæi*, & *verb. Eucharistia*: Camillum Borrellum *de præst. Reg. Cathol. cap.* 69. *ex num.* 32. latè Jacob. Gretserus *in libris de Cruce, tom.* 2. *lib.* 1. *cap.* 98. & in horto S. Crucis 1. *part. pag.* 92. & *sequent.* ubi inter alia referunt, propter sacrilegia in Crucem à Judæis illata, &

85 infantes in † ludibrium passionis Christi Domini in illa mactatos, gravissimas pœnas de eis sumpsisse Philippum Augustum Regem Galliæ, & Benedictum Papam. De quo in Castellæ Regno habemus etiam memorabilem historiam S. Innocentis, oppidi *dite la Guardia*, cujus seriem integro voluminæ prosecutus est Fr. Didac. de Yepes. Et in Regno Aragoniæ in urbe Cæsaraugusta *S. Dominguiti* de qua plenè etiam scripsit Fr. Didacus Murillo *in hist. Virg. de Pilar, & excellentiis urbis Cæsaraugustæ.tract.2. cap.* 27. *pag.* 231.

Et apud Sigebertum in Chronic. & Evagrium *lib.* 4. *cap.* 16. quos refert Theatr. vitæ human.
86 *lib.* 5. *vol.* 16. *pag.* 393. memoriæ traditum † est, fuisse sub Justiniano Constantinopoli Judæum quemdam Vitriarium, cujus filius cum Christianorum pueris in templo corpus & sanguinem Christi acceperat, ob eam rem pater puerum in furnum ardentem conjecit: ibi per triduum illæsus, & ab igne intactus est conservatus. Hoc cùm Justiniano Imperatori narratum esset, filium quidem, & matrem lavacro regenerationis illuminatos servavit, parentem verò in Sycis tamquam parricidam filii capite mulctavit.

87 Utrùm † autem licitum sit, infidelium fana, simulachra, aut idola demoliri, & si id impediant, illis bellum inferre, hîc pro coronide non incongruè tractari potest. Et plane si infideles nobis subditi sint, sine dubitatione procedet, quia quamvis non liceat, eos per vim ad Baptismum, Christianamque professionem compellere, ut sæpè retulimus, licet tamen, imò & expedit ab idolis colendis, etiam invitos revocare, & illis confractis, diabolicas eorum superstitiones extrudere quæ non solùm Evangelii gratiam impediunt, verùm etiam naturæ legem infestant, quam ut servent, compelli posse, latè etiam probabimus *suprà cap.* 12. & 13. & in specie quæstionis, de qua agimus, resolvit Jos. Acosta *lib.* 3. *de proc. Ind. sal. cap.* 13. & *lib.* 5. *cap.* 10. *in fine.* Pro quo faciunt *d. l.* 1. & *d. l. nemo*, *Cod. de Paganis*, cum aliis, quibus Paganorum templa claudi,
88 & idola confringi jubentur. Quas mirificè † Sancti Patres collaudarunt, neque laudatores modò, sed impulsores, auctorèsque se præstiterunt, ut patet ex D. Cypriano *in exhort. ad Mart. cap.* 5. ubi alia cit. Pamel. & ex Euseb. *lib.* 2. *de vita Constant. cap.* 43. & 44. & *lib.* 4. *cap.* 23. Ruf. *lib.* 2. *histor. cap.* 19. Niceph. *lib.* 7. *hist. Eccles. cap.* 46. & *lib.* 8. *cap.* 33. *lib.* 10. *cap.* 39. *lib.* 12. *cap.* 25. D. Ambr. *lib.* 5. *epist.* 30. contra relationem Symmachi ubi Fortunæ aram à Curia Romana ejectam magnis viribus eloquentiæ defendit D. August. *lib.* 1. *contra epist. Panorm. c.* 7. & *epist.* 48. & 50. & Concil. Illiberitanum *c.* 41.

89 Extàtque † decretum Concilii quinti Carthaginensis, *cap.* 15. quo cavetur, ut Patres peterent ab Imperatore, ut quæcumque residuæ essent superstitiones Gentilium, omninò delerentur, sive in Lucis, sive in arboribus, sive in simulacris, & idem pluribus aliis Conciliis decretum fuit, quæ congerit Pat. Suar. *d. tract. de Fide, disp.* 18. *sect.* 4. *num.* 6. *pag.* 291.

Inter barbaros autem infideles, qui nobis subjecti non sunt, major quidem difficultas versatur. Nam D. Aug. *in lib. de verb. Domini, in serm.* 6. *de puero Centurion.* apertissimè scriptum reliquit, blandiendo magis quàm puniendo, cum eis agendum esse, ut audiant, & si non consentiant veritati nostræ, erubescant falsitatis suæ. Et posteà subdit: † *Ne aras, aut idola eorum confringatis* 90 *quandiu in potestate non est, ut faciatis illa; pravorum hominum est, furiosorum, & circumcellionum, ubi potestatem non habent, sævire, & velle mori. Nam &* Deut. 7. *legitur, cùm data vobis fuerit terra in potestatem, tunc aras eorum destruetis. Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non permittimus, &c.* Ad quam Augustini auctoritatem respexisse † videtur Concilium Illiberitanum *Can.* 60. dum ait: *Si quis idola* 91 *fregerit, & ibidem fuerit occisus, quia in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum; placuit, eum in numerum non recipi Martyrum.*

Sed ego † nihilominùs arbitror, quòd licèt 92 hac de causa infideles non subditi puniri, aut debellari non debeant, non tamen usquequaque damnandi erunt Christiani Prædicatores, & eorum socii, qui data opportunitate, quorumlibet infidelium templa, & simulacra demoliuntur, dummodo ad hoc, eo, quo oportet, zelo & judicio procedant, nec temerè infideles commoveant, quos docendo, & exortando maximè à vano Idolorum cultu avocare deberent. Plurimum quippe † expedit ad veram Religionem illorum cordibus 93 imbuendam, ut de ipsorum quoque oculis, atque usu idola removeantur, ut exemplis Moysis, Asæ, & Josiæ, *Deuter.* 7. & 12. & 3. *Reg.* 15. & 23. sacra Historia suadet, junctis aliis, quæ adducit Acosta *d. lib.* 10. & 11. & Nos *suprà cap.* 13. & 14.

Neque † D. August. & Concil. Illibertani lo- 94 ca hunc zelum excludunt; quoniam ultra plures alias explicationes quas circa ea congessit D. Ferdin. Mendoza, *lib.* 3. *de confirm. Conc. Illiber. cap.* 45. eos tantùm taxare videntur, qui intempestive, & inconsideratè idolorum demolitionem aggrediuntur, & imprudentis pietatis, & religionis desiderio permoti, eam potius impediunt, quàm promovent, & se vitæ discrimini imprudenter objiciunt, ipsòsque infideles concitant, & perturbant. Etenim si eis superiores viribus essent, & tutò, ac securè idola subvertere possent, licitum id, ac laudabile judicarent, juxta illud Deut. 7. *Aras eorum destruite, lucòsque succidite.*

Quemadmodum † multoties ab Apostolis, & 95 aliis primitivæ Ecclesiæ discipulis factum videmus, qui Divina virtute confisi, inter medias armatorum infidelium turbas, soli ipsi, & inermes idola prosternebant, & conculcabant, & aliquando solo verbo, vel crucis signo, imò & solo afflatu, durissimas æris statuas omnifariam conterebant, quas nulla mallei ferrei vis confringere potuisset, ut de D. Joan. Evangelista, † qui famige- 96 ratum illud Dianæ Ephesinæ templum una prece subvertit, ac veluti plateæ lutum diluit, observat Metaphrastes, & Greg. Turon. *lib. de glor. Martyr. n.* 30. quorum traditiomem defendit F. Joan. à Ponte *in conven. utr. Monarch. lib.* 2. *c.* 25. §. 3. & † de S. Procopio, qui in Pamcade in Apollinis 97 templo, sola oratione 30. ex ære statuas contrivit, eòque miraculo binas cohortes militares ad Christi fidem convertit; idem Metaphr. *in vita ipsius Sancti* 8 *Julii.* Et de S. Felice, qui cùm in de-



delubrum ingrederetur, ubi plurimæ prostrabant statuæ, mòxque eas Divina virtute demoliretur, tamdem ad æreas Serapidis, cui sacrificium exhibere jubebatur, adductus, exsufflans in eam dejecit, ob eàmque rem, cùm præstigiis id opus tribueretur, ne Christo injuria irrogaretur, propalam ejus virtute id factum contestatus est, ut ex Adone Treverensi 3. *Kalend. Septembr.* recolit Simon Majol. *in diebus Canicul.* 1. *tom. colloq.* 19. *pag.* 437. Quibus exemplis alia similia addi possunt, S. Satyri in Acala ex Petr. de Natalibus *lib.* 2. *cap.* 66. & Martyrol. Romano 12. *Januarii.* S. Juliani in Sora ex Martyrolog. 27. *Januarii.* S. Porphyrii in Gaza, ex Metaphras. apud Surium, *tom.* 1. & Lippoman. *tom.* 5.

Et idem Martyrologium 15. *Septembris* narrat de S. Melitena, quòd semper idola ad ejus conspectum prosternebantur, ubi in eorum templa ingrediebatur; & de S. Pelino 5. *Decembris*, quòd aliud Idolorum templum Brundusii destruxit; & de S. Marino 26. *Decembris*, quòd eodem modo Romæ falsorum Deorum plura fana contrivuit, quod tradunt etiam Mombatus *tom.* 2. & Vincent. *lib.* 13. *cap.* 38. & 40.

98 Et in his iisdem † Occidentalibus Indiis, de quibus sermonem habemus, licentiam militum, qui eorum delubra, & simulachra primis congressibus destruebant, multum prædicatoribus profuisse ad ipsorum Barbarorum conversionem, latè probat Joan. Boter. *in relat. univ.* 4. *p. lib.* 3. *pag.* 56. & 57. quoniam cùm illi (inquit) maximè superstitiosi, & cultui suorum Idolorum dediti essent, illis sublatis, facilius in veram Dei nostri cognitionem, & sanctarum imaginem adorationem perducti fuerunt, Fidèmque, & Religionem Christianam, ad quam per nostros Prædicatores invitabantur, alacriùs receperunt, præsertim cùm illam longè justiorem, & suaviorem esse conspicerent, quàm idololatria, cui anteà ita cruentis, & spurcis ritibus, & immolationibus inserviebant.

---

## CAPUT XXI.

*De nono titulo, qui ex auctoritate, & potestate desumitur, quam aliqui Romano Imperatori in elargiendis, & debellandis quorumlibet Infidelium provinci is concedunt, quad an verum sit latissimè disputantur, & de Imperii juribus obiter plura traduntur.*

### SUMMARIUM.

1 *Imperatoria concessionis titulus ad justificandam Indiarum conquisitionem à quibusdam expenditur.*
2 *Imperator Carolus V. fuit simul Hispaniæ Rex, & qualiter Indiarum acquisitionem probasse, & confirmasse videatur.*
3 *Voluntas non minùs declaratur rebus & factis, quàm verbis.*
4 *Antecedentia probat, qui ad ulteriòra procedit.*
5 *Indiarum Occidentalium provincias regno Castellæ, & Legionis annexas esse debere, & ab eo nullo tempore separandas, pluribus schedulis, & provisionibus declaravit, & promisit Carolus V.*
6 *Actio & passio, & datio, & acceptio in eodem subjecto esse nequeunt, Et quando hoc fallit,* num. 10.
7 *Persona una, quæ habet duas, vel plures dignitates, & jurisdictiones distinctas, vices diversarum personarum gerere potest; & exempla hujus doctrinæ,* num. 9.
8 Lex tutorum 22. ff. de his, quæ ut indig. *& similes expenduntur, & illustrantur.*
9 *Varii textus, & auctores antecedentia confirmantes.*
10 *Actio & passio in eodem subjecto intellectualiter possunt concurrere.*
11 *Officia duo quando invicem conjunguntur, utrumque retinet jura sua.*
12 *Personæ duæ quando repræsentantur in eodem subjecto, una potest juvare alteram.*
13 *Rex, qui simul est Dux, consideratur in his, quæ facit ratione Ducatus, tamquam Dux, & non ut Rex.*
*Prælatus quomodo possit venire adversus contractum, quem ipse fecit, suæ Ecclesiæ damnosum,* idid.
14 *Imperator Romanus an habeat potestatem disponendi de bonis, & provinciis infidelium, Et* num. 38. & 60.
15 *Imperator Romanus secundùm multorum opinionem omnia potest in temporalibus, & est immediatus Deo.*
16 Cap. solitæ de majoritate, & obedientia. *Et Lucæ* 22. Ecce duo gladii *expenduntur. Et* num, 40.
17 *Imperatoris potestatem circa terras, & provincias infidelium concedendas, Abbas, & alii pleniorem quàm Pontificis faciunt.*
18 *Imperator Romanus in multis juribus totius mundi Dominus dicitur.*
19 Lex deprecatio, ff. ad leg. Rhod. de jactu, *expenditur. Et rursus latiùs explicatur,* num. 52.
20 *Imperialis fortuna omnes alias supereminet.*
21 *Romanæ vrbis, & Orbis appellatio synonyma erat; & quare?*
22 Lex in Orbe de stat. hom. & l. Roma ad municip. *& alia similes illustrantur. Et* n. 50.
23 *Roma communis sedes, & patria omnium gentium sæpè appellatur.*
24 *Romanos omnem ferè Orbem subjugasse, Polybius scribit, qui notatur,* n. 46.
25 Cap. futuram 32. q. 1. & cap. in apibus 7. q. 1. *expenduntur.*
26 *Romani Imperiis per totum Orbem dominatio pluribus Scripturæ locis probatur; & præcipuè* Lucæ. & 20. Matth. 22. Marc. 22. Joan. 19.
27 *Regnum gentium apud Aggæum Prophet.* cap. 2. *de Romano intelligitur.*
28 *Pilatum tanquam Præsidem Imperatoris Romani legitimam judicandi Christum potestatem habuisse, Anton. de Rosellis affirmat, sed malè*
29 *Romani Imperii variæ mutationes, & translationes referuntur.*
30 *Romanos Imperatores, etiam hodie in Imperio ad Germanos translate, multi totius Orbis Dominos, aut saltem universales moderatores appellant.*
31 *Imperatorem, non esse Orbis Dominum affirmare, contra Evangelium, & fortè hæreticum esse,* Bart. & alii dixerunt.
32 *Imperatorem Romanum de terris; & provinciis Infidelium disponere posse, ex quibus & à quibus probetur,* Et num. 34.
33 *Utilitatis publicæ, & religionis augendæ ratio plura contra ordinarias juris regulas operari solet.*
34 *Confirmatur Imperatorem posse disponere de terris Infidelium.*
35 *Imperatorem esse dominum rerum singularum, ubilibet consistentium, Hostiensis & alii opinantur.*
36 Lex, benè à Zenone, C. de quadrien. præscript. *quæ ait, omnia Principis esse intelligi, illustratur.*
37 *Imperatorem Solem munit, rerum omnium dominum, caput, & fontem, & dispensatorem omnium regnorum, & dignitatum, quidam esse dicunt, & quòd totum Orbem habet pro territorio.*
38 *Imperator Romanus, secundùm veriorem, & receptiorem sententiam, de rebus & regnis infidelium disponere non potest.*
39 *Imperatoris Romani auctoritas, & jurisdictio, quamvis maxima sit, non extenditur ultra terras Imperii,*
40 *Ecce duo gladii hic quomodò intelligatur.*
41 *Potestas Ecclesiastica, quod sit una in universo Orbe,*